

Colloquium XXXIII<sup>tium</sup>.

*De speciali dispositione, Augustam concernente.*

ADAMUS et BONIFACIUS.

**A.** Non dubito, quin de Augusta nostra in instrumento pacis specialia quædam sint conventa: indica, quæso. **B.** Hæc, quod attinet, ita disponit: *Ante omnia civitates imperiales, quæ, cum primis Augusta Vindelicorum, ab anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto propter religionem vel bona ecclesiastica ante vel post transactionem Passaviensem, vel infecutam pacem religiosam occupatæ & reformatæ, vel alias intuitu religionis gravatæ sunt, in eum statum, in quo Calendis Januarii anni 1624. in sacris fuerunt, plenissime reponantur, atque in eo absque ulteriori turbatione conserventur, neutrique parti alteram de religionis suæ exercitio publico, ecclesiæ ritibus*